M0013803: Section of Mayno: Regimen Sanitatis, c.1502

Publication/Creation

November 1954

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/c72pymj6

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Capitulum primum de neceſſitate regiminis ſanitatis.

Quod regimen ſanitatis ſit neceſſarium: duplici via inueſtigare conuenit. Prima quidem via ſumitur ex variabilitate corporis humani. Corpus enim humanum eſt variabile et tranſmutabile: non ſeruans cōſiſtentiam quam habuit a generationis pͥncipio. Materia enim noſtrorum corporum ſunt duo ſpermata que ſunt humida et liquida ⁊ multum paſſibilia: humidum enim eſt multū paſſibile. Ex his aūt duobus ſpermatibꝰ cū ſanguine menſtruo mulieris generantur membra ſpiritus ⁊ calores innati: ſic q̇dem ꝙ ex groſſiori ⁊ corpulentiori parte generantur membra ⁊ ex ſubtiliori calor ⁊ ſpiritus: ⁊ hec eſt opinio ariſtotelis. ⁊ auicenne. ⁊ ꝓpter hoc opināntur aliqui ꝙ ſperma maſculi qḋ eſt ſubtilius ⁊ ſpirituoſius ſemine mulieris vel ſanguine mēſtruo: cōuertitur in ſpiritum qui cordi appropriatur ⁊ alijs mēbris ſicut radix ramo. Ramus em̄ ſicut oritur a radice ſic cor et alia mēbra a tali ſpiritu ſuaȝ traxerunt originē. Cum ergo materie noſtroꝝ corporum ſint valde paſſibiles propter earum limoſitateȝ ⁊ humiditatem. Sumꝰ em̄ generati in fine limoſitatis ⁊ humiditatis: nō eſt mirum ſi corpora noſtra ſint multū paſſibilia. Nō em̄ ſumus ſicut lapides aut metalla a quibus parū aut nihil reſolui poteſt niſi in temporibus valde longis. Et qꝛ corpora noſtra vt oſtēſuȝ eſt ſunt multū variabilia ex quo faciliter labi poſſunt extra terminos proprie ſanitatis: indiguerūt regimine conſeruante quod vocaẗ regimen ſanitatis. Nō aūt eſt hoc ſanitatis regimē neceſſariū vt nos tueaẗ a morte: ſed vtile eſt propter duo incōmoda ſpecialiter euitanda: quorū primuȝ eſt nimis cita humidi radicalis conſumptio.

Prima via ſumitur ex variabilitate corporis humani.

Regimen eſt corpori humano neceſſariū